Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

anima mea uite mee. dimitam adusu me
eloquii meu. loquar in amaritudine anime
mee. dicam deo. noli me condempnare. In
dica mihi cur me ita iudices. Numquid bonum
tibi uidetur si calumpnieris. et opprimas me
opus manuum tuarum. et consilium impiorum adiu
ues. Numquid oculi carnei tibi sunt. aut sicut
uidet homo. et tu uidebis. Numquid sicut
dies hominis dies tui. et anni tui humana
sunt tempora. ut queras iniquitatem meam
et peccatum meum scrutaris. et scias quia nihil
impium fecerim. cum sit nemo qui de manu
tua possit eruere. Manus tue plasmauerunt
me. et fecerunt me totum in circuitu. et sicut
pente pepigisti me. Memento queso quod
sicut lutum feceris me. et in puluerem reduces
me. Nonne sicut lac mulsisti me. et sicut
caseum me coagulasti. Pelle et carnib(us) uestisti
me. ossibus et nerius conpegisti me. Vitam
et misericordiam tribuisti mihi. et uisitacio tua custodi
uit spiritum meum. licet hec scieris in corde tuo.
tamen scio. quia uniuersorum memineris si
peccauerim. et ab hora peccati mihi. cur ab iniqui
tate mea mundum me esse non pateris. Et
si impius fuero uae mihi est. et si iustus non le
uabo caput. saturatus afflicione et miseria
Et quasi superbiam quasi leenam capies me.
reuersus es et mirabiliter me crucias. Instauras
testes tuos contra me. et multiplicas
uaeiram tuam adusus me. et pene mili
tant in me. Quare de uulua eduxisti
me. Qui utinam consumptus essem ne o
culus me uideret. Fuissem quasi non esem de
uero translatus ad tumulum. Numquid non pau
citas dierum meorum finietur breui. Dimit
te ergo me ut plangam paululum dolorem meum
ante quam uadam. et non reuertar ad terram tene
brosam. et operam mortis caligine. terram miserie
et tenebrarum. ubi umbra mortis et nullus ordo.
et sempiternus horror inhabitat. Iudes
umquid qui multa aut sophar naamanites
loquitur non et audiet. aut uir uerbosus dicit
iustificabitur. tibi soli tacebunt homines.

et cum ceteros irriseris. a nullo confutabis
Dixisti enim purus et sermo meus. et mundus
sum in conspectu tuo. Atque utinam dominus loqueretur
tecum. et aperiret labia sua tibi. ut ostenderet
tibi secreta sapienciae. et quod multiplex est lex
ei. et intelligeres quod multo minora exigaris
ab eo. quam meretur iniquitas tua. Forsitan
uestigia dei comprehendes. et usque ad perfectum
omnipotentem peruenies. Excelsior celo est. et quid
facies. Profundior inferno. et unde cognos
ces. Longior terra mensura eius. et latior mari
Si subuerterit omnia. uel in unum coartauerit
quis contradicet ei. Ipse enim nouit homi
num uanitatem. et uidens iniquitatem nonne consi
derat. Vir uanus in superbia erigitur. et tamquam
pullum onagri se liberum natum putat. Tu
autem firmasti cor tuum. et expandisti ad eum
manus tuas. Si iniquitatem que est in manu
tua abstuleris a te. et non mansit in tabna
culo tuo iniustitia. tunc leuare poteris faciem
tuam absque macula. et eris stabilis. et non timebis. Miserie quoque obliuiscaris. et quasi
aquarum que preterierunt non recordabis
et quasi meridianus fulgor consurget tibi
ad uesperam. et cum te consupserit puraueris
oriens ut lucifer. et habebis fiducia. propter
spem. et spe. et defossus securus dormies. et
quiescens. et non erit qui te exterreat. et depre
cabuntur faciem tuam plurimi. oculi autem
impiorum deficient. et effugium perbit ab eis.
et spes eorum ab hominacio anime. Iudes
ergo uos estis aut iob dicit.
soli homines. et uobiscum orietur sapiencia.
Et mihi est cor sicut et uobis. nec inferior uestri
sum. Quis enim hec que nostis ignorat. Qui
deridetur ab amico suo sicut ego. inuocabit
dominum. et exaudiet eum. Deridemur enim iusti si
plicitas. lampas contempta apud cogitacio
nes diuitum. para ad tempus statutum. Habun
dant tabernacula predonum. et audacter pro
uocant dominum. cum ipse dederit omnia in ma
nibus eorum. Interroga iumenta. et
docebunt te. et uolatilia celi. et indicabunt tibi